



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118340**

§. 92. Bajazethes a Zizimo ad singulare certamen provocatus

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

gno Caramano sese adjunxit, atque a <sup>Sacul.</sup> XV.  
Rhodiorum Magistro quinque triremium <sup>A. C. 1482.</sup>  
suppetiis adjutus fuit. Hi duo Princi-  
pes cum suis copiis prope Arandam Cap-  
padociae urbem sua castra metabantur.  
Re autem comperta Bajazethes quanto-  
cius cum exercitu centum millium ar-  
matorum ipsus accurrit, Achmete inte-  
rea ex Lycaonia, ubi hyberna agebat,  
suas quoque copias adducente.

## §. XCII.

*Bajazethes a Zizimo ad singulare  
certamen provocatus.*

Cum vero Caramanus Zizimum admo-  
neret, quod in hoc rerum articulo  
præliai discrimen experiri, omnino teme-  
rarium juxta ac periculosum esset, hinc  
Zizimus missis ad Bajazethem literis,  
eum ad singulare certamen provocavit,  
ut in conspectu utriusque exercitus am-  
bo de summa rerum decertarent. Ba-  
jazethes responsi loco fratri suo offere-  
bat Provinciam pro suo arbitrio in Tur-  
ciæ finibus seligendam, unacum annua-  
ducentorum millium aureorum pensione,  
eidemque Curiam nobilitati generis sui o-  
mnino congruam suppeditaturum spopon-  
dit. Verum Zizimus, cum se non nisi  
vana promissorum amplitudine pasci in-  
telligeret, auffugere statuit, cum autem  
insuper

**Sacul. XV.** insuper sibi insidias strui edoceretur, cum  
A.C. 1482. exiguo suorum comitatu per incolissimas Montis Tauri angustias præcipi fuga saluti suæ consulere compellebatur, eumque cum suis copiis brevi Magnus Caramanus sequebatur.

## §. XCIII.

*Zizimus datis ad Magnum Rodiorum Magistrum literis recipi efflagitans.*

*Chalcond.  
loc.cit.l.12.*

*Leunclav.  
lib. 16.*

*Bosius lib. 13*

Inde Zizimus ad Magnum Rhodiorum Magistrum literas perscripsit, per quendam exploratæ fidei famulum delatas qui tamen a Turcis interceptus, ad Bajzethem ducebatur, ejusque jussu continuo trucidatus est. Re comperta Zizimus, relicto Monte Tauro, unacum Magno Caramano versus Lyciam ad marioram contendit; ast vix montium fauces ambo eluctabantur, cum jamjamerum copiæ ab Achmete Bassa undique cinctæ, immani clade profligantur. Juvenis iste Princeps novo hoc adversantis fortunæ casu pressus, Rhodum ad Magnum Magistrum duos Legatos mittere statuit. Adfuit ejus consilio opportuna sane occasio; fortuito enim vicina maris littora radebat minor quedam navis Equitibus propria: hac igitur conscientia Legati Rhodum contendeunt.